Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26419
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tam dignum est ut non propter mundum lo-
cum mundior existat. nec ab inmun-
do uase aliquid inmundicie contrahat.
Augustinus testatur in libro IIII de bap-
tismo de indigne sumpto corpore
domini. Sicut iudas cum buccellam tradi-
dit xpc non malum accipiendo sed ma-
le accipiendo locum prebuit diabolo.
sic indigne quisque sumens corpus xpi
non efficit ut quia malus est malum sit.
aut quia non ad salutem accipit nichil
accipit. Corpus enim et sanguis domini
nichilominus erat in illis quibus di-
cebat apostolus. Qui manducat indig-
ne iudicium sibi manducat et bibit. Non est inquiren-
dum quid fiat de illo corpore. deus enim
C.XV facit sicut scit. Nec dubitandum quin
panis in uerum corpus xpi conmutatur.
ita ut substantia panis non remaneat. hec
immolatio corporis secundum augustinum
cottidie iteratur. licet xpc semel sit pas-
sus. quia cottidie labimur peccatis sine
quibus humana infirmitas non subsistit.
et quia cottidie labimur cottidie xpc
pro nobis mystice immolatur. Intra
catholicam ecclesiam in ministerio
corporis xpi nichil a bono maius nichil
a malo minus percipitur sacerdote. quia non
in merito consecrantis sed in uerbo efficitur
creatoris. et uirtute spiritus sancti. si enim
in merito esset sacerdotis. nequaquam
ad xpm pertineret. nec autem sicut ipse
est qui baptizat. ita ipse est qui per spiritum sanctum
hunc panem suam efficit carnem. et uinum
transfundit in sanguinem. Et panis
quem frangimus. id est quem unum ad unio-
nem in nobis designandam. in multos di-
uidimus. Sed nonne participatio corporis
domini est. id est nonne hoc operatur in nobis ut
corpora nostra tandem recipiant par-
ticipationem beatitudinis et glorie
corporis xpi. Vel aliter frangimus. Res
que frangitur oculis manifestatur pa-
nis uite qui de celo descendit.
quanto plus fideliter inquiritur tanto
magis cognoscitur. In fractione enim
panis xpc discipulis apparuit. in di-
quem frangimus. id est aperimus dominum uerum
corpus xpi esse predicamus. et ut uos ei
conformes sis exhortamur. nos multi
secundum diuersitatem personarum sumus unus
panis. id est unum ad similitudinem pa-
nis. secundum unionem fidei. spei. et ca-
ritatis. quomodo sicut panis conficitur ex di-
uersis granis. ita et nos corpus xpi in fide.
spe. karitate manentes. unum fac-
ti sumus ex diuersis personis. et ut unum
corpus sumus secundum executionem di-
lectionis. et secundum subministrati-
onem mutue possibilitatis. Sicut
membra corporis sibi subseruiunt. et per
subministrationem unum quod sunt. et ideo
id est nobis communicatio corporis et san-
guinis xpi. calix et potus quo omnes par-
ticipamus de uno pane et de uno
calice. id est in sacramento corporis et san-
guinis xpi. aliter enim non sufficit. Si
quis enim sacramentum corporis xpi accipiat.
et quod sacramentum exigit non impleat. scilicet
ut xpo conformis fiat. illud sacramentum
ad salutem non sufficit. Similiter si ali-
quis quicquid sacramentum exigit expleret.